

Honori & Memoriae
 VIRI
 Magnifici, Amplissimi & Consultissimi Domini
 DOMINI
GEORGII
AUSTENII

Præ-Consulis & Præsidis
 Civitatis Thorunensis gravissimi,
 Meritissimi
 Solenni exequiarum die,
 qui erat XXIX. Octobr. Anni MDCCXVI.
 Sequentia debebant
 Docentes Scholæ Nov. Civ.



T H O R U N I I
 Impressit Joh. Nicolai NOB. SENAT. & GYMN. Typographus.

11



*Oesta Domus luge, Cives adiungite
planctum!*

*Namque Caput vestrum concidit
atque decus.*

*Præses obit, bene qui sublimes gessit habenas
Consiliisque dedit commoda multa suis.*

*Mente cui excelsa series immensa laborum
Rebus in afflictis pertoleranda fuit.*

*Qui probat exemplo, quod onus comitetur hono-
rem,*

Nec celsi fasces sint sine fasce gravi.

*Cura quod existat cognovit Curia, quæ nunc
Ceu mare, curarum fluctibus usque patet.*

*Hinc ejus merito communis funera luctus
Prosequitur, cui onus difficile Urbis erat.*

Nunc tamen est longe meliores nactus honores

Præses Honorandus, quem paradisus habet.

Regis eum summi suscepit curia, quæ dat

Gaudia, quæ recreant insidiisque carent.

Est

*Est honor in corruptus ibi, quem pondere tristi
Nil unquam turbat, nullaque cura premit,*

Honoris & observantiæ
causa scr.

Henricus Würffel S. N. C. Mcd.



L *Egibus immoti sunt omnia subdita fati,
Serius aut citius mors sua quemque ma-
net.*

*Non Pietas, nec Stirpis Honos, nec Forma, nec
Ætas,*


Nec valet innocuus fata movere pudor.

*Hoc probat AUSTENIUS Consul, Præsesque
fidelis,*

In tumulo cujus molliter ossa cubent!

Hæc condolens
adjiciebat

Jacobus Schmidius Can. N. C.



Ach! muß denn jede Macht so kurze Zeit be-
stehen?

Ach! findt erhöhte Macht so bald ein Todten-
Haus?

Muß über Cedern auch der herbe Schluß ergehen?

Ihr Wipffel bricht entzwey / und fällt in Asch
und Grauß.

So

So eine Ceder liegt durch rauen Nord darnie-
der/
Die auch der ganzen Stadt recht schöne
Früchte gab.
Die Liebligkeit ist hin/ und die erblasten Blie-
der
Erwehlen zu der Ruh ein kaltes Todten-
Grab.
Doch nur getrost / Er blüht bey wunder-schönen
Gäßen/
Die Himmels-Cron ziert Ihn dort bey der
Engel-Schaar /
Die Engel müssen Ihm als Himmels-Särtner
dienen/
Der Baum des Lebens reicht Ihm seine
Früchte dar.

Aus herzlichem Mitlendem setzte
dieses mit bey

M. Johannes Neugebaur!

